



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLIX. Repulsio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

& nuptiarum est cohabitatio. Ita ergo ob morbum Gallicum, epilepsiam vel alios morbos contagiosos conceditur, repudium *Carpzov. lib. 2. Defin. 180.* Ita & ob foetorem anhelitus, *Mev. P. 4. decis. n. 8.* confer *Köppen. in usu pract. Instit. observ. 36. seq.*

Limita: ut tamen iudex non statim proueat in dissolutionem, sed antea tempus aliquod curationi praefiniat. *Carpz. d. Defin. 180.* Et hoc casu pars nocens expensas restituere tenetur, *Mevius part. 9. decis. 15.*

IV.

Ad jus repudiatum nemini patet regressus, nisi simile ei postea jus deferatur. *Brunnem. C. de proxim. sacror. scrip. col. 4. n. 3.*

CAP. XLVII. Repugnantia.

Axioma I.

Repugnantia se illidunt, & sibi invicem fidem derogant, ut contraria, *l. 1. C. de furt. & ibi Dd. l. scripturae 14. C. de fide instrum. Dec. Cagnol. in l. pugnantia. ff. de R. l. Consil. Argent. 1. conf. 21. num. 4.*

Intellige, si scil. nullo distinctionis foedere conciliari possint, Philip. Matth. *ad l. pugnantia 188. de R. l.* Exemplum est in *l. 16. de condit. Instituit.* ubi Marcianus inutilem eam institutionem scribit, si quis hoc modo heredem scripisset: si Titius heres erit, Sejus heres esto, si Sejus heres erit, Titius heres esto. Eadem ratione & Julianus in *l. si is, qui 13. §. utrum ita. 3. de reb. dub.* duas orationes pugnantia continentes falsas simul esse dixit, quapropter si removeri distinctione possint, interpretari debet dispositio ne contradicat, *cap. inter dilectos 16. de fid. instrument. Bart. in l. fin. §. idem quaesit, de condit. indeb. Alex. consil. 141. col. 4. lib. 2. Dec. ad d. l. ubi de Regulis Juris. n. 3.*

II.

Libi repugnantia, ibi incertitudo, *cap. sollicitudinem 54. extr. de appellat. l. 1. C. de furt. Laurent. in tract. cautel. caut. 143. n. 4.*

CAP. XLIX. Repulsio.

Axioma I.

Qui una via repellitur, admittitur per aliam viam, *cap. constitutus 45. extr. de appellationib.*

II.

Repellere qui negligit injuriam a socio, si potest repellere, tam est in vicio, quam ille, qui facit, *cap. non cap. ult. 23. q. 3.*

III.

Repellere vim vi licet in continenti, *cap. si vero 3. cap. perpendimus 23. extr. de sentent. excommuni.* quia talis repulsio violentiae per vim est juris naturalis, *cap. jus naturale 7. dist. 1. vid. infr. lib. ult. cap. Vis.*

IV.

Repulsio legatorum jus gentium violat, nisi (1.) Princeps specie legationis illudat, (2.) missus

sit vilis aut infamis, (3.) Specie legationis speculatores mittantur, aut ut seditiones concitent, *Perez. C. de legation. n. 8.*

CAP. XLIX. Requisitum.

Axioma I.

Quod jus vel statutum non requirit, id nec nos debemus desiderare, *l. 8. de public. in rem alt.* quia ejus est supplere, cujus etiam fuit condere, *l. ult. C. d. LL. cap. ult. 25. q. 1.* qui si plus voluisset, nulla fuisset difficultas id peraeque requirere, exemplum *l. unic. §. 11. C. de Cad. toll. c. ad audientiam 12. extr. de decim. Petr. Gilcken de praescript. p. 2. m. 1. cap. 4. n. 31.* vid. omnino de requisitis Anton. de Morator. *praescript. tit. 7. concl. 22. n. 67.* quod enim a jure non requiritur, non est superstitiosè desiderandum, post Cravett. Rol. à Valle *de inventar. part. 3. q. 52. incip. sed quid dicemus, pag. 107.* Josias Nolden *de Statu Nobilitum, cap. 16. §. 154. in fin.* ne quidem in feudis & Vassallis, Schrader. *de feud. part. 6. cap. 1. n. 22.*

II.

Quotiescunque aliquid à Lege non requiritur, etsi illud interveniat inutiliter aut minus rectè, non tamen vitiat actum, *l. 1. C. de rei uxor. act.* Neque enim debemus plus ad formam seu substantiam alicujus actus exigere, quam lex ipsa exigit, argum. *l. illam merito 19. vers. superfluum quidem. C. de collat. Novell. 18. cap. 5. Harprecht, ad §. 3. Instit. de locat. conduct. num. 236.* Idque etiam in testamentis locum habere, docet Gloss. in *l. qui testamento. §. per contrarium. de testam. & latius exornat Fernand. Vasq. in tr. de success. creat. lib. 2. P. 1. §. 13. limitat. g. n. 25. Panticlm. 2. q. 21. n. 6.* E diverso cum plura à Lege requiruntur ad solennitatem actus, conjunctim ea interponenda sunt, alias effectus non sequetur, *l. unic. §. 2. C. de suffrag. l. si heredi plures §. de condit. instit. Reincking. lib. 1. class. 4. cap. 1. n. 33.* Bocer. *de poena furti, cap. 1. n. 132.*

III.

Quoties plura copulativè requiruntur, omnium complementum requiritur, nec sufficit partis adimpletio, *l. si quis ita stipulatus fuerit 121. de V. O. Gail. 2. obs. 125. n. 8. l. si heredi 5. de condit. Instituit.* Limitat hanc regulam Tiraquell. in tract. cessante causa cessat effect. limit. 22. num. 17. pag. 42. ut procedat, si utrumque requisitorum consideretur ad illum effectum producendum, secus si alterutra ratio non aequè habeatur in consideratione.

CAP. L. Res.

Axioma I.

Re sua uti vel abuti merè facultatis actus est, qui nullo tempore absque prohibitione & patientia huic acquiescente praescribitur. *Pat. norm. in cap. quod translationem. num. 4. de offic. legat. cap. accedens 14. de concess. praebend. cap.*